EVANGELIARIUM
Salzburg, St. Peter, um 1070/1080 Seite 228r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



filio suo. Erat aut̄ ibi fons iacob. I hc̄ g̊
fatigatus exitinere. sedebat sic sup̄ fontē;
hora erat quasi sexta. Venit mulier de
samaria. haurire aquam. Dicit ei ihc̄. Da
mihi bibere. Discipuli enī eius abierant in
ciuitatē. ut cibos emerent. Dicit q̊ ei mulier
illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū
sis bibere a me poscis. quę sum mulier sa
maritana. Non enī coutuntur iudęi sama
ritanis. Respondit ihc̄. & dix̄ ei. Si scires
donum dei. & quis ē qui dicit tibi da mihi
bibere. tu forsitan petisses ab eo. & dedisset
tibi aquā uiuā. Dicit ei mulier. Dn̄e. neq̄
in quo haurias habes. & puteus altus est.
Unde ergo habes aquā uiuam. Numquid
tu maior es patre nostro iacob. qui dedit
nobis puteum. & ipse ex eo bibit & filii eius.